



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

180. fer. 6. Septem miracula in Venerabili.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

318 *Feria 6. post Fest. Corp. Christi.*

ut dignè accedere merear ad hanc mensam,
ad quam, qui accedit, *duoitur in divini status*
puritatem, inquit S. Dionysius Areopag. de
Eccles. Hier. cap. 3.

MEDITATIO CLXXX.

Feria 6. post Fest. Corporis Christi.

Septem Miracula in Venerabili.

Aspiciam SS. Eucharistiam, de qua ita
loquitur D. Chrysostr. Hom. 35. in Joan.
Hoc Sacramentum est lapis, super quem septem
oculi, id est, Angeli aspiciunt, pulchritudinem
ejus admirantes. Petam intelligere & revereri
Miracula hujus convivij.

Conf. 1. Septē prodigia, quæ in Consecra-
tione patrantur. 1. Quòd cœlum & DEVS
obediat voci hominis, indifferens ad con-
currendum, quoties, quando, & ubi voluerit
Sacerdos, etiam malus, etiam malâ inten-
tione Verba sacra proferens. Orabo, & di-
cam: O JESV, abstrahe cor meum ab omni
eo, quod sub Sole est extra Te, & atrahe
illud ad Te, ut paratum sit ad omnem nu-
tum, & gustum tuum.

2. Est conversio, seu transsubstantiatio
panis in Corpus, vini in Sanguinem Domini
orabo, & dicam: O JESV, converte me ex
toto ad Te, ut vivam ego, jam non ego, sed
Tu in me, & ego in Te.

3. Accio

Feria 6. post Fest. Corp. Christi. 319

3. Accidentia manent sine subiecto: orabo, & dicam: O JESU, da tibi soli inniti.

4. Accidentia operantur suos effectus: orabo, & dicam: O JESU, da tibi cooperari.

5. Christus ibi non habet usum sensuum naturalem, quamvis habeat supernaturalem: orabo, & dicam: O JESU, aufer à me omnem abusum sensuum, & da sanctissimam potentiarum usum.

6. Est ibi indivisibilis: orabo, & dicam: O JESU, da tibi indivisibiliter adhærere ex toto.

7. Est ibi inseparabilis: quia manet, quam diu accidentia non corrumpuntur: orabo, & dicam: O JESU, da tibi inseparabiliter adhærere semper. Adde, quod sit invisibilis, propter indignitatem pravorum, & fidem bonorum. Albert. Magn. Serm. 7. Ee ut sit ex Fide meritum, petam augeri Fidem ubique hujus Mysterij.

MEDITATIO CLXXXI.

Sabbato post Fest. Corporis Christi.

Septem res in Venerabili.

Aspiciam in Venerabili contineri Christum Corpus, Sanguinem, Animam, Virtutes, Divinitatem, Personas Divinas: unde mihi convivium est cum Deo. Petam ex singulis fructum percipere.

○ 4

Conf.